IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gtur: quod duxerit secum duos asinos onus-
tos. et concubinam. hi duo asini onusti. sic
iam diximus intelliguntur corpus hom-
inis et anima. diuerso mala pondere de-
lectationum pgrauata. Ducit secum et iam
concubinam. i. sapientiam. quam nondum ex toto
amisit. quae concubina ei idem dicere credit.
quia licet secum adhuc ea habeat. nequaquam
tamen ad salutem suam ea utitur. Vnde sequitur:
Iamque aderatiuxta rebus. et dies mutabatur
in noctem. quia cum sic semetipsum et opera
sua in conuersationem pduxerit. dies idem
splendor intime claritatis paulatim defi-
cere. et in noctem ignorantiae mutari incipit.
Dixitque puer ad dominum. Veni obsecro declu-
nemus ad urbem iebusaeorum ut maneamus in ea.
Puer iste ut supra diximus. puerilis est sensus.
qui miseros suggerit hominem ad urbem iebu-
saeorum declinare. i. ea quae caro concupiscentia
ope et summare. Cui respondit dominus: Non
ingrediar oppidum gentis alienae. quae non est
de filiis israel. s; transibo usque gabaa. Dum-
quidem quod est spiritum. quia adhuc secum habet
concubinam. i. sapiam. non consentit carnalitati
ad aperta flagitia consensum eius expectem. quia
sicut caro deorsum ea quae ire sunt querendo
tendit. ita spiritum ea quae sursum sunt affectando
semper ascendit. transibo inquiens usque gabaa.
et cum illuc pueniero manebimus in ea. aut
certe in urbem rama. Gabaa sublimitas. ra-
ma excelsa interpretatur. et in congruit eisdem
nominibus iniusta scientiae superbiae figuratur.
Est autem iniusta scientia superbia. quando
immoderate ieiunando. indiscrete vigilan-
do. alioque laboribus inmesurate insistendo. ul-
tra se. i. ultra mensuram suam homo tendit.
et per hoc quo se ascendere putat. in miserabi-
le perditionis periculum descendit. Cum
illuc inquit pueniero. i. cum eam quae supe-
riorem hominem est perfectione meritis me-
is adeptus fuero. in ea manebo. quia tunc
demum a laboribus meis quiescere habebo.
Hoc est enim de quo septima dicit. Non est
ur in domo in die plenae lunae reuertar. quia
homo dum iniuste scientiae superbiae supra
se supbe elatus fuerit. non prius in domum cordis
sui reuertitur. ad cognoscenda stultitiam suam do-
nec uenerit plenilunium. i. donec et summetipsum
omne ad quod superbia cum intrinsecus agitan-
te festinat infortunium. Vnde apte subiungit.
Transierunt igitur iebusaeum et ceperunt eam pebam iter:
Quasi cepto itinere homo pergit. quando nul-
lo recte sapientiae consilio. a stultitia
et uanitate intrinsecus concepta reuocari
potest. Seius enim et utile esse iudicat in sue
presumptionis pertinacia persistere. quia eis
qui saporis sunt consilium humilitatis acqui-
escere. Vnde insensibiliter ei intrinsecus accidit.
quod de misero illo homine sequens litera con-
uenienter innuit. Occubuitque ei sol inquit
iuxta gabaa. quae est in tribu benjamin. di-
uertuntque ad ea ut manerent ibi. qa quando
ad gabaa. i. ad superbiam et uanitatem gliam quae
est in tribu benjamin. hoc est quae de inqua
scientiae fiducia nascitur. gressibus mentis ten-
dere incipit. uerum solem iustitiae miseria-
biliter semetipsi occumbere facit. Benjamin
namque filius dexterae interpretatur. s; haec dex-
tera hoc in loco non in bono s; in malo est
accipienda. filius dextae quodam tunc
miser homo est quando summet dexterae.
summet inquam virtutum. non diuinae bonitati
attribuit. si quid laudabile ut virtuosum
in seipso inuenit. complacens semet in su-
is minis. quibus se ceteris praeponere. inquibus fa-
miliari reliquis hominibus dum se estimat
complacere. Diuertuntque ad eam ut mane-
rent ibi. Diuitur ad urbem gabaa ut ibi